corum rege dictante. anno ab incarnatione
domini millesimo centesimo quadragesi
mo primo. Miraculum pulcher
rimum de sancto Martino glorioso
turonorum antistite sumptum ex
vita sancti Siluani episcopi.

Corpori quod Martinum sacre
dulcedo solitudinis af
fari uendicaret, per imo
tam necessitatibus con
descendens. sepius prodire in publicum co
gebatur. Erat enim sibi Martini aptiscum
illud. Siue mente excedimus deo; siue
sobrii sumus uobis. Per bituricense quidem ter
ritorium iter aliquando faciens, de
uenit ad uicum. cui ex euentu mira
culi nomen leprosi inditum est. Dominus siqui
dem uici illius erat honorabilis et diues,
sed leprosus. Cum itaque beatus Martinus
ad ecclesiam sancti Siluani orationis gratia
diuertisset. non enim irreuerenter ecclesias pre
terire consueuerat, in ipso sacre e
dis introitu dominum supradictum leprosum
offendit. Martinus maturius ingreditur.
porro ille egrediens. agnoscit hunc esse
Martinum illum signipotentem. illum ar
chipresulem turonice urbis. magnifi
cum et gloriosum uirum. ad cuius imperium
nulla morborum genera non curantur, qui et
mortibus imperat. et lepre quam ipse labora
bat solo medetur osculo. Animatur quidem
magnitudine uiri. et presumens de
potencia. seruis suis prope astantibus
equos et famulos domini Martini inte
rim iubet ad domum deduci, instru
i conuiuium tanti hospitis condignum
reuerentie. Ipse uero cum multis pro fo
ribus egressum prestolatur aduentum. Interea
Martinus ut semper frequentissimo
discipulorum sanctissimoque comitatu con
stipatus, ab ede sacra egreditur. Cui et ille ge
nibus prouolutus supplex exorat. ut ad se
hospitandi gratia diuertere non dedignetur.
longe abesse urbem. illo tempestiue pro
ficisci non posse. tandem se egritudinis
feditate non debere uitari. esse sibi domos
idoneas eius susceptioni. Tunc uir sanctus spiritu
credo annunciante iam presentiens di
uina nobis se facturum miracula, ala
cri uultu pariter et uoce respondet. Quia
domini uoluntas est ut apud te fiat hos
pitium, ipsius hospitalitatis more ac
cede et prebe nobis osculum pacis. Ille uero
et si sancti tactum modis omnibus gestiebat,
pudore tamen actus ob morbi turpitudi
nem refutabat accessum. Herebat quidem
uerecundia. At sanctus qui nec lepra con
taminari sed lepre mederi consueue
rat, incunctanter accedit. et osculatur
eum. Qui quare statim sanatus non fue
rit. sanandus in crastino, illius est nosse
qui in pondere mensura et numero uni
uersa disposuit. Fortassis quantum
datur intelligi. pusille fidei erat ho
mo, qua nec dum mereretur accipere
salutem. Porro sacri hospitis usus collo
quio uisu hortatu pariter et doctrina.
crescit fides eius qua meruit impetra
re quod Martinus dare credenti poten
tissimus erat. Sed ad propositum redeamus.

Interea Martinus cum
suis pone sequitur ad hospitium
precuntem. De communi appara
tu taceo, ubi nec quod deesset. beros copia
impensarum. largitatis beniuolentia.
instantia iussionis preparauit. Ser
uientes autem artis illius industria cli
entele sue prompta obedientia et pro
tanto hospite cura deuotissima sa
tagebant. At Martini cibus et siue